



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Parentes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

patentem hæreticum supremam Iurisdictionem Ecclesiasticam amittere, docuere, & ab Ecclesia iudicari, & puniri posse.

7 Papam ait S. Antoninus plura posse quam nobis, vel ipsi compertum sit.

8 Papa potest esse Iudex in causa propria & absoluere ab obligatione qua quis homini tenetur, & secum in votis dispensare, & legē à se aut præcessore latam reuocare, eiusque etiam effectus priores, & cuique beneficium validè auferre, etiam sine causa, habet enim in beneficijs plenariam dispositionem.

*Papa § Syl. l. c. Fum. n. 13.

Et legem § Nau. conf. 2. qui filij sint. n. 13.

Beneficium § V. de simonia n. 50. Val. l. 3. d.

6. q. 16. p. 2. q. 7. negant posse Papam sine causa auferre beneficij fructus.

9 Ad Papam appellari potest à cuiusvis sententia. *Vide Fum. l. c. n. 6.

Parentes, vide Alimenta, Hereditas, Societas.

1. **P**arentum negligentiam in docendo filios, aut curando vt discant Pater noster, Credo, & Dei præcepta, mortale esse quidam valde probabiliter affirmant.

*De potestate Patris in filios Mol. d. 23. de arrogatione, & adoptione d. 227.

Quousque parentes teneantur filias dotare Mol. d. 424.

De

De peccatis parentum in filios *Nau. c. 14. à nu. 17. Tol. lib. 5. c. 1. nu. 11.*

*Vide *Nau. l. c. n. 17.*

2 Non potest pater Religionem ingredi, si filij eius operâ in sæculo egent.

3 Qui filium alere non potest, potest exponere ad Hospitale, vel ad domum Episcopi diuitis.

*Vide *Nau. l. c.*

Exponere autem filios sine necessitate p. m est *Tol. l. c.*

4 Pater tenetur de damno dato à filio quatenus potest de illius peculio: tenetur & soluere de suo, quod illum iussit expendere, aut debuit iubere.

*Vide *Fum. V. Parentes, Syl. V. oblig. n. 6.*

5 Tenetur filium alere, & eius vxorem honestam, etiam sine sua licentia ductam, & filiam dotare, etiam sine sua licentia digno nubentē, etiam dote non promissa, si ipsa se dotare nō potest; certē ei debet legitimam saltem dare, si illa dotem non promissit; itidemque tenetur auus paternus, & frater ex eodē patre. Quod si indigno nupsit, tenetur ipsam egentem alere, imō, & secundū quosdā, dotare. Tenetur, & filiā impudicā, sed penitentē, alere, & dotare: item si distulit illam locare vsq; ad viginti quintum annum, & illa, promissa dote, nupsit indigno. Tenetur etiā naturalem dotare, si illa est pauper. Filiam autem hereticam

cam dotare non tenetur, nisi respiscat.

*Vide *Syl. V. Alimenta nu. 2. Fum. eod. nu. 2. 6.*

Tenetur etiam naturalem & etiam si sit Clericus, qui ad alimenta egentis spurij tenetur; & dos alimentorum loco succedit. *Navar. de spol. cler. §. 19. num. 11. ex Bartho. Vide V. Dos. & Couar. in 4. decret. p. 2. c. 8. §. 6. n. 16.*

6 Potest pater testari de legitima filij, si ille consentit.

7 Potest filijs etiam spurijs nomine alimentorum relinquere necessaria ad decentem sustentationem. Vide *Sot. l. 4. de Inst. q. 5. artic. 1. ad 4.*

*Vide *Sot. l. 4. q. 5. art. 5. col. 8.* vbi etiam de Clericorum filijs, *Syl. Alimenta nu. 5. Lopez p. 2. c. 18. V. Filius nu. 30.*

8 Potest per donationē remuneratoriā, vel in opera pia, alienare in præiudicium filiorū.

*Donationem & *Nav. c. 27. nu. 39.*

9 Potest à filio repetere quæ coactus est pro eo expendere, vt pro eius delicto, aut simili alia causa.

10 In extrema necessitate potius subueniendum filio, secundum quosdam; secundum alios patri, quod probabilius; & quidem in vitæ periculo pater præferendus etiam ei cui fuisset iuratum; intelligitur enim exceptus pater.

*Ira *Tol. l. 5. c. 1. nu. 7. & de 7. pecc. mort. c. 39. Syl. V. Filius. §. 26. & V. Eleemosyna nu. 4. Vide Fum. V. Eleemosyna. num. eodem. Lopez p. 1. c. 58.*

c. 58. *Val. t. 3. d. 3. q. 4. p. 5.*

An creditor autem, vel pater in necessitate extrema præferendus sit, problema est pro utraque parte probabile. *Sot. l. 4. q. 7. art. 1. col. antep. Tab. vers. Restit. n. 4.* creditorem præfert, *Tol. de p. m. l. c. nu. 5. Lopez l. c. patrem*, putatque non solum patrem, uxorem, filios sed fratres etiam anteponeudos: ita etiam *Salon. 2. 2. q. 62. art. 5. Vide Io. Bapt. Corrad. q. 102.*

Debitor vero extremè egens, sibi prius, quàm creditori opem ferre potest. *Sot. l. c. Caiet. vers. Restitutio, Tab. eo. §. 4. Tol. l. c. de p. m. sed Nau. c. 17. num. 70.* putat, rem in specie extantem reddendam creditori.

ii. Pater ob famem potest vendere filium, nisi sit in sacris, aut iam extra eius potestatem: quamquam id apud Christianos non est in usu. *Ang. verb. seruitus. Syl. verb. empt. q. 4. Nau. c. 23. num. 95. Valentia 2. 2. disputat. 5. q. 20. pun-cto 5. Med. q. 31. de reb. restit.* An verò possit pater ad correctionem percutere filium in sacris constitutum etiam Sacerdotem, affirmat *Syl. excommun. 6. §. 6. Tab. excommun. 5. c. 1. num. 8.* negat *Panormit. & alij*, quos refert, & sequitur *Tol. lib. 1. c. 23.*

* *Couar. 3. var. resol. c. 14. num. 4. Mol. d. 33. Vide vers. Filius.*

At cum pater ad pinguiorem fortunam venerit cogi poterit à filio ad se redimendū. *Couar. l. c.*

Mater filium, vir uxorem vendere non potest. *Syl. V. empt. n. 5. Garzias de contract. c. 17.*

12 Mater filijs primi matrimonij debet relinquere omnia ex illo lucra, non autem donata ab extraneo, etiam intuitu viri, & pater filijs quæ ad ipsum ex bonis eorum matris, prioris eius vxoris, peruenerunt.

13 Pater non potest impuberem offerre Religioni, inuita matre.

* *Innoc. Panor. in c. 2. de reg. Syl. V. Patria potestas. nonnulli contra sentiunt. vide Abb. l. c.*

14 Nolle videri alicuius esse filium iusta aliqua de causa, sine eius contēptu, non est mortale, alioqui iniuria quæuis in parentes mortalis videtur quibusdam, etiam si leuis sit.

* *Vide Nau. c. 14. n. 12. Tol. l. 5. c. 1. n. 9.*

15 Patris appellatione veniunt ascendentes, vt filij descendentes. *Vide gloss. de verb. signific. c. 2. *Fum. Syl. V. Parentes.*

In rebus grauioribus, in quibus filius patri subditur, potest ei pater aliquid, sub mortali præcipere *Lopez l. c. & vir vxori. Sor. l. 1. q. 6. art. 4. in fine: sed Dominus in famulos, reliquamq; familiam hanc vim non habet. Sor. l. c.*

Parochus, vide Confessor, Domicilium, Missa.

1. **T**enetur tempore pestis ministrare salutis necessaria Sacramenta, aut dare qui ministraret, peste infectis.

* *Cuiet.*